

creal. Felin. in cap. cum Joannes, n. 35. de fid. instrument. Paz sup. n. 6. Gom. Vai. n. 12. De quo videnda sunt quæ notantur in 3. cap. cum Joannes, & in l. in exercendis 15. C. de fid. instrument. & in l. cum precibus, 18. C. de probat. Atque etiam Mascard. d. q. 6. n. 43. Boer. decis. 118. n. 6. Affl. decis. 166. n. 6. Tiraquel. de præscriptionib. §. 1. glos. 4. nu. 38. Menchac. de successione. creat. lib. 2. §. 8. n. 25. Borell. in summ. decis. tom. 2. tit. 18. à n. 137.

116 Illud sanè apud omnes compertum est, in antiquis efficaciorum esse instrumentorum probationem, quam testum l. 115. ad finem. ubi Greg. Lop. glos. ult. tit. 18. part. 3. Roderic. Suar. allegat. 6. Gom. Vai. n. 2. Mascard. conc. 540. n. 33. Cabed. de patronat. Reg. Coronæ, cap. 34. nu. 1. Farinac. cum multis, sup. n. 55. Quod autem tempus, in materia probationum dicatur antiquum? Iudicis arbitrio relinquitur, ut videre est apud Menoch. de arbit. lib. 2. cas. 3. ubi plures refert opiniones. Sunt & alii calus, in quibus de jure instrumentis magis creditur, quam testibus, l. census 10. ff. de probat. l. 3. C. si min. se major dixerit, l. 1. C. de jur. emphyt. l. unic. §. Quod si prædia, C. de suffrag. & alia jura congestit Glos. verb. secundum jus, in l. pactum, 17. C. de pact. Farin. dist. quæst. 158. n. 49. cum seqq.

Ibi: Instrumentum minimè improbari.

117 Ubi unus testis instrumentum confirmat viva voce deponens, illud non nisi per tres poterit impugnari; Farinac. n. 272. Boff. in prax. tit. de fals. n. 32. in fine, Menoch. d. cas. 105. n. 43. Matfil. sing. 61. Franc. Marc. d. 486. in fine, part. 1. Cur. Philipp. ubi proximè, Paz sup. n. 9. Guttier. de conf. 38. n. 10. ubi cum D. Covar. hic monet, ad auctoritatem instrumenti opus non esse, quod Tabellio pro eo testificetur. Quibus testibus magis credendum sit, an reprobantibus, vel coadjuvantibus instrumentum? fusè examinatur per Farinac. ubi proximè, n. 142. cum multis seqq.

Ibi: Hæc verò prima conclusio.

118 Quod ad reprobendam fidem publici instrumenti, plures, quam duo testes non instrumentarii desiderentur, defendunt plurimi apud Farinac. nu. 3. cum sequentibus, quorum alii tres, alii quatuor, aut quinque necessarios esse, opinantur; quibus adde Glos. verb. per testes, in l. optimam 14. C. de contrab. & committend. stipular. Cevall. sup. n. 45. Bobadil. tom. 2. lib. 3. c. 14. n. 48. quæ sententia approbatur l. 11. tit. 8. p. 3. Vide sup. n. 113.

119 Quibus addendum est, instrumentum, apud Principem confectum non posse testibus impugnari, Menoch. dist. cas. 105. nu. 46. Zafi. lib. 2. singular. responsor. c. 25. in fine.

Verf. Secunda conclusio.

120 Duo testes instrumentarii ad impugnandum instrumentum, in quo descripti reperiuntur, sunt satis; Farinac. num. 4. cum aliis, qui plurimos refert, Menoch. d. num. 24. Cyriac. d. controvers. 289. nu. 29. Pet. Cabali. resolut. crimin. cas. 83. n. 1. Cevall. num. 4. qui communem dicit, Mascard. dist. quæst. 6. nu. 36. 45. Mayner. in l. ubi pugnantia, nu. 24. 25. ff. de reg. jur. Pacian. sup. lib. 1. cap. 48. nu. 10. ubi plures, Baiard. ad Clar. in §. Fatsum, n. 100. cum aliis, Laurent. Tennin. in prax. caut. 119. n. 1. 5. Quod est accipiendum, si testes dicant actum descriptum non fuisse celebratum, vel aliter quam scriptura comprehensum est; gestum

esse, sive negent duntaxat se fuisse presentes, ut ex pluribus probat Farinac. n. 4. 7. quamquam hoc casu ultimo aliqui sentiant, instrumentum non omnino, ut falsum reprobari, sed solum fieri suspectum, Menoch. cum aliis, nu. 24. fundamentum est, quia putant, hos sic testificantes, esse testes singulares, quod verum non est, Baiard. ubi proximè, Farin. nu. 82.

Ibi: Etiam si præter Tabellionem unus testis.

Licet pro instrumento unus testis non instrumentarius deponat, adhuc duobus instrumentariis contradicentibus illud fide caret, Farinac. nu. 173. ubi alios allegat, de quibus nu. 155. quo loci tandem hanc doctrinam refert.

Est ad hæc sciendum, quod dubitatur, an ex de-
122 positione hujusmodi duorum testium, aut plurium, qui probent falsum esse instrumentum, possit Notarius condemnari, de quo per Farinac. n. 64. qui concludit negative, quamvis multi, à quibus ipse non videtur recedere; teneant, tres, aut plures testes, sufficere ad condemnationem Notarii, quos refert nu. 66. Sed ad torquendum Tabellionem, vel inquirendum contra ipsum, duos sufficere probat, ex nu. 67. Nota itidem quod est testes non instrumentarii debeant esse omni exceptione majores ad impugnandum instrumentum, hæc qualitas in instrumentariis non requiritur, Menoch. nu. 6. 33. Farinac. numero 92. 106. qui concordantes, & contradicentes congestit, in hac sententia residens; & qualitas illa probari debet, Farinac. nu. 98. Menoch. conf. 380. nu. 11. Cevall. num. 10. est de jure præsumatur, Farin. cum aliis, nu. 99. quoties lege in testibus expressim aliqua qualitas postulatur, probanda est; quamquam eam inesse jus præsumat, Matienç. in l. 1. glos. 5. n. 2. tit. 4. lib. 5. Recopilat. Cancr. variar. part. 1. c. 5. n. 68. Villadieg. in Politic. c. 7. nu. 21. verf. Y es derecho, cum seq. Morl. sup. nu. 5. Molin. de prim. gen. lib. 2. cap. 6. nu. 30.

Ibi: Imò unus tantum testis ex hic.

Si unus ex testibus necessariis ad negotium, quod
123 instrumentum continetur, contra illud deponat, licet instrumentum non rejiciatur in totum, ut falsum; ejus fides vacillat; quæ ira actum non probat; Farinac. plurimis congestis, nu. 13. cum seqq. Menoch. sup. à nu. 13. Cyriac. dist. controvers. 289. nu. 27. Borell. sup. d. tit. de fide instrument. num. 142. Valasc. conf. 183. n. 43. Pacian. d. c. 48. n. 16. Guttier. conf. 38. n. 11. Boff. d. tit. de fals. à num. 28. Affl. decis. 166. nu. 3. Zafi. d. c. 23. nu. 11. Mascard. sup. q. 6. nu. 43. Joseph. Ludovic. Lucens. decis. 13. nu. 16. Franc. Marc. d. decis. 486. numero octavo. Quod procedat, etiam si testis solum neget, se fuisse præsentem actui, de quo agitur, Farin. nu. 15. Imò, si testis hic instrumentarius suam absentiam tempore conditi instrumenti legitime probet, illud falsum reputabitur, licet centum testes affirmant, se interesse actui, de quo instrumento; Farin. nu. 161. Quid autem si uno teste instrumentario contradicente, alii instrumentum comprobaverint? Vide Menoch. à nu. 16. Farin. ex nu. 160. Cyriac. tom. 3. contr. 407. nu. 270. cum seqq.

Ibi: Quali secus respondendum sit in eo teste.

Testis unicus etiam in instrumento descriptus, 123 qui

qui est supernumerarius, quoniam eo sublato, remanent qui sufficiunt ad validitatem actus, instrumenti fidem non debilitat, est contra ipsum deponat, Farinac. ex pluribus, nu. 87. qui contra tenentes laudat n. 88. Menoch. n. 11. 12. Bart. in l. 1. §. Si quis neget, nu. 2. 7. ff. quemadmod. testam. aper. Mascard. d. quæst. 6. nu. 44. Franc. Marc. sup. n. 9. Villalob. commun. lit. l. nu. 73. Laurent. Tennin. de caut. 119. nu. 4. Boff. sup. nu. 30. quod limita ex Farin. n. 161. quando talis testis asserit, se non interfuisse instrumenti confectioni, & absentiam probat.

Ad Num. 12.

124 Est communis opinio juxta Imperiales constitutiones juris civilis, quæ ad reprobandum publicum instrumentum, tres, aut quatuor testes necessariò desiderat; cujus auctores cumulat Farinac. n. 35. 37. casque leges Hispani, quarum in præfati D. Covar. meminit, approbantur, ex quibus nostrates jurisperiti eidem subscribere; ad quarum intellectum videndi sunt Greg. Lop. in l. 317. glos. tit. 18. part. 3. Morla d. quæst. 5. nu. 4. verf. Nec obstat, Montalu. in l. 18. tit. 8. lib. 2. for. Cevall. d. quæst. 43. n. 9. Avend. in c. 27. præter. part. 2. n. 27. Bobad. d. lib. 3. c. 14. n. 48. Quædam in suis quæstionibus, c. 20. n. 4. Debetque esse omni exceptione majores testes etiam de jure nostro, Cevall. & Greg. Lop. sup.

Ibi: Quod si instrumentum privatam sit.

125 Instrumentum privati fides tollitur duobus testibus contra ipsum deponentibus, tam de jure communi, quam Regio Farinac. nu. 28. Cevall. ubi proximè, Boff. sup. n. 26. Greg. Lop. in d. l. 117. glos. ult.

Ibi: Sed si tractatur de instrumento publico.

126 Adde Gregor. Lop. in l. 115. tit. 18. p. 3. Bobadill. ubi proximè, Guttier. d. conf. 38. nu. 12. Cevall. nu. 10. 11. Cur. Philippic. d. §. 17. nu. 33. quod ampliat Greg. Lop. glos. 7. d. l. 115. procedat in testibus etiam necessariis ad actum, de quo in instrumento; adhuc enim omnes convenire debent intervenire; sequitur Guttier. Sed Gregor. ipse notabiliter ibidem limitat eandem constitutionem, asserens solum procedere, quando Tabellio pro instrumento à se confecto deponit; nam si mortuus fuerit vel aliàs non ferat testimonium pro illo, regulæ juris communis sunt observandæ circa reprobationem publicæ scripturæ per testes instrumentarios, quod etiam adnotat Cevall. n. 11. 12. testifican juxta istam opinionem in Pinciana Cancellaria fuisse decisum, in causa, cui ipse patrocinabatur.

AD CAPUT XIV.

Sub liberatione generali qua censeantur remissa: & an dolus remitti queat.

SUMMARIUM.

- 1 Administrator quibus de causis domino teneatur.
- 2 Liberatio generalis testamento relicto tutore non continet bona extantia, quæ possunt vindicari, ad nu. 4.
- 3 Liberatio debitoribus relicta, non liberatur qui

actione in rem potest conveniri.

- 6 Remissa actione depositi, vel commodati, res deposita, vel commodata debet restituiri.
- 7 Renunciatio generalis non comprehendit quæ vindicari possunt.
- 8 Liberatio generalis inter vivos non extenditur ad illa, quæ rei vindicatione possunt avocari, est juramento firmetur, nu. 9.
- 10 Juramentum dispositionem non ampliat, sed corroborat.
- 11 Liberatio amplissimis verbis concepta, etiam in rem actionem complectitur.
- 12 Idem est, cum debitor sola actione reali tenetur.
- 13 Obligatio rationum reddendarum pro administratione præterita remitti potest.
- 14 Liberatio debet reliqua reddere. Limitatur n. 23. & declaratur, nu. 31.
- 15 Idem est de liberato ab actione.
- 16 Quid si filius pueri remittat, & n. 22.
- 17 Quid si matri, vel avo.
- 18 Quid si socere, aut patruo.
- 19 Bartoli distinctio reprobatur.
- 20 Debitor, cui liberatio legata est, quod jus contra heredem acquirat.
- 21 Per liberationem à reddendis rationibus, quid remittatur.
- 22 De intellectu l. si quis rationes 10. ff. de liberat. legat. ad nu. 31.
- 27 L. Aurelius, §. Titius, el. 2. ff. de liberat. legat. declaratur, & n. 28. cum seqq.
- 32 Liberatione à reddendis rationibus pro futura administratione quid contineatur, & n. 33.
- 34 Dolus pro futura administratione remittere non licet.
- 35 Inventarium conficere potest Iudex, aut cogere tutorem ut faciat ex causa, est à patre pupilli sit remissum.
- 36 Idem est in patre administrante adventitia in filii.
- 37 Iudex potest impedire si oportuerit, ac fiat inventarium, quod aliàs de jure fieri debebat.
- 38 Cui inventarii confectio remissa est, debet bona describere, & qua solemnitate.
- 39 Inventarii confectio nequit remitti in præjudicium creditorum, aut legitime filiorum.
- 40 Dolus verus non præsumitur remissus, & quare, n. 41. Quid si nihil doloso adsit, n. 42.
- 43 Dolo agit qui non restituit, quod ex administratione debet.
- 44 Dolus præteritus tacite, vel expresse remitti permittitur.
- 45 Dolus quoad futuram administrationem remitti nequit. Quid si accedat juramentum, n. 46.
- 47 Dolus verus futurus num tacite remitti possit? & nu. 48.
- 49 Dolus futurus præsumptus remitti jure potest.
- 50 Dolus verus, & præsumptus qualis sit.
- 51 Reliqua, ex quibus administrator locupletior factus non fuerit, pro futura administratione, remitti possunt; remissivè.
- 52 Tutori dolus verus pro futura administratione remitti nequit, secus præsumptus, ad nu. 54.
- 55 Contra tutorem, qui omisit inventarium, aut non recte fecit, juratur in litem; est sit exparentibus, ad nu. 58.
- 56 Excusatur, si sit justa causa.
- 60 Non juratur in litem contra tutoris hæredes.
- 61 Nec hæredes pupilli jurare possunt.
- 62 Ex dolo vero vel præsumpto defuncti non juratur in litem contra hæredes, nisi cum illo lis fuerit contestata, & nu. 63.
- 64 Ex dolo præsumpto an in litem juretur? & n. 65. Oportet

OPortet hic præmittere, tutores, aliosque alieni patrimonii administratores triplici ex causa conveniri posse; nam vel possidentes, quæ in dominio pupilli sunt; & rei vindicatione tenentur *l. Aurelius 29. §. Mævia, ff. de liberat. legat. juncta leg. in rem 24. ff. de rei vindicat. vel aliquid ex substantia, quam administrant; per ceperunt, quod consumptum est, non tamen in utilitatem pupilli verum, sed in proprios usus tutoris, & hoc Reliqua vocamus; nam ex computo rationum constat deberi; *l. si quis rationes 10. ff. de liberat. legat. d. l. Aurelius, §. Titius, et 2. ff. cod. Aut tandem nihil ad ejus manus pervenit ex bonis administratis; aliquid vero culpa, vel dolo tutoris deperditum, aut non acquisitum pupillo est, *l. 1. ff. de tutel. & rationib. distrabend. l. qui plures 42. ff. de administrat. tutor. Hinc frequentissime dubitari contingit circa liberationes, quæ administratoribus, sub variis verborum formulis tam inter vivos, quam in ultimis voluntatibus conceduntur, Mantie. de conjectur. ultimar. voluntat. lib. 9. tit. 8. à nu. 1. Escobar de ratiocin. lib. 1. c. 40. à princip. à quibus liberari censeantur. Qui tractatus omnibus per difficultes semper est visus, ut fatentur, qui de eo disserere aggressi sunt.***

Ad Num. 1.

2 Liberatio generalis testamento relicta non prodestitutori, quominus rei vindicatione conveniri possit, ut bona extantia pupilli restituat; Menoch. de præsumptionib. lib. 4. præf. 164. nu. 12. & conf. 22. num. 2. Ant. Gom. variar. lib. 1. cap. 12. num. 83. Mantie. sup. nu. 14. Greg. Lop. in l. 30. glof. 4. tit. 11. part. 5. Cyriac. controversiar. forens. tom. 1. controverf. 73. numero. 26. 29. Cancer. variar. resolut. part. 1. cap. 7. num. 91. 92. Card. Tusch. practicar. conclusion. lit. L. conc. 326. nu. 46. 110. Guttier. de tutel. part. 3. c. 1. n. 34. Surd. conf. 112. n. 96. Escob. sup. c. 5. nu. 5. Joseph Ramon. conf. 36. n. 29. Damauder. de tutor. c. 3. n. 41.

3 Ampliatur præmissa conclusio, quod etsi tutori liberatio à reliquis præstetur, adhuc tenebitur bona prædicta restituere, quæ ab eo per vindicationem poterant avocari; nam solum videntur remissa, quæ sola actione personali repeterentur, Mantie. nu. 14. Alexand. conf. 170. n. 14. vers. Præterea, lib. 2. Tusch. ubi proxime, n. 62. Cancer. d. n. 92. D. Covar. infra, numero. 2. vers. Hoc ipsum, ibi: Si quidem reliquis remissis.

4 Nec obstat, liberationem esse favorabilem, quæ ampliari debet, *l. Arrianius 46. ff. de actionib. & obligat. Tusch. sup. conc. 325. nu. 11. Valençuela ex aliis, conf. 140. nu. 17. Quoniam extensio non admittitur adversus mentem disponentis, qui solum remittit administratori illa; quæ ut talis debet: rei autem vindicatione, non ut administrator, sed ut possessor convenitur; quod pro ratione ad præmissam conclusionem tradit glof. in d. l. Aurelius, §. Mævia, in verb. Pupilla, Menoch. d. nu. 12. vers. Conferet & ratio, D. Covar. vers. proximo, cui accedit, quod agitur de donatione, & juris proprii remissione, quæ strictè debet intelligi, ita ut verba, quanto minus possint, comprehendant; argumento *l. cum de indebito 25. ff. de probat. l. 6. tit. 14. part. 3. Carleval. de judic. tom. 2. tit. 3. disp. 23. nu. 43. Cyriac. tom. 2. controverf. 22. nu. 4. ubi alii Fontan. de pact. nuptialib. tom. 1. claus. 4. glof. 21. part. 2. n. 24.**

His consequens est, ut si quis liberationem suis debitoribus reliquerit, non censeantur liberati, qui actione in rem testatori tenebantur Ant. Gom. sup. nu. 82. vers. Item, adde quod in tali remissione, Surd. decis. 174. n. 2. 3. Ramon. d. conf. 36. n. 32. Bald.

in l. cum necessitatem, nu. 2. C. de fideicommiss. Mantie. d. lib. 9. tit. 4. n. 3. Nec enim illi proprie debitoribus sunt, glof. verb. quod sibi debetur, in princip. Inst. de actionib. Mantie. & Surd. ubi proxime.

Vers. Primò deducitur.

Remissa actione per testatorem ei, cui aliquid commodavit, aut apud quem deposuit, non videtur legare rem ipsam depositam, vel commodatam, penes depositarium, commodatariumve existentem, quæ nihilominus poterit vindicari; Tusch. d. conc. 326. nu. 55. 77. Greg. Lop. sup. Escobar. d. cap. 5. nu. 20. Idem in locatione probat, *l. si in lege 27. §. fin. ff. locat. l. si ei, cui 17. ff. de liberat. legat. Tusch. nu. 56. Sed his locis non erit in deposito irregulari, cum scilicet res, quæ functionem recipit in genere suo, ut pecunia, ita deponitur, ut depositarius tantumdem, & non idem reddere obligetur; de quo in l. Lucius 24. cum seqq. ff. de pign. Ita sentit Alexand. d. conf. 170. num. 14. vers. Ad textum, Tusch. num. 63. ubi generaliter docent, quod cum actio remittitur illi, qui erat debitor generis, penitus liberatur, quia in nullo alio liberatio verificari potest; sed cum est debitor speciei, qui ex dolo, aut culpa tenetur, præter restitutionem rei, quamvis actio remittatur, vindicatio in eum competit, quia condonatio referri potest ad id, quod doli, vel culpæ nomine deberetur. Ex his deduci videtur; quod si res periisset apud depositarium, vel commodatarium, dolo, vel culpa, & sic ad estimationem ejus essent stricti, omnino liberarentur, si dominus sciens illis remitteret actionem.*

Vers. Secundò, ab eadem ratione procedit.

Adde Bald. in princip. Inst. de actionib. col. 2. vers. In glossa finali, Surd. sup. n. 3.

Vers. Tertio, hinc apparet.

Adde Tusch. sup. nu. 53. Similiter observatur in 7 generali renunciatione, sub qua non veniunt, quæ vindicare renunciacionis possent; Bald. in l. pactum, n. 8. quest. 12. C. de collationib. Surd. conf. 112. nu. 96. Ramon. sup. nu. 34.

Ibi: Sed si actio realis.

Adde Mantie. de tacitis, & ambig. convent. lib. 26. tit. 6. nu. 10. August. Barbof. in collectan. ad leg. sub preteritu 29. nu. 10. C. de transact.

Vers. Quarto si diligenter.

Liberatio generalis per viam contractus inter vivos concessa, non extenditur ad res proprias creditoris, quæ vindicantur à debitore possenti; Farinae. in fragment. crimin. part. 1. lit. D. nu. 156. vers. Et ex prima parte, Gratian. disceptat. forens. c. 131. nu. 33. Menoch. d. conf. 22. nu. 2. Surd. ubi proxime, plures referens; Tusch. nu. 50. Jaf. in l. sub. preteritu 29. col. 2. vers. Secundò moveor, C. de transact. Mantie. ubi proxime, nu. 5. Cancer. d. c. 7. nu. 89. Escobar. d. c. 40. nu. 13.

Vers. Quintò idem esse existimo.

Quæ de liberatione dicta hucusque sunt, ut res, quæ vendicari possunt, non comprehendat, procedunt etiam si juramentum accedat creditoris; Menoch. d. præsumpt. 164. n. 13. 14. Escobar. d. c. 5. n. 9. Ibi:

Ibi: Juramentum etenim non auget.

10 Jusjurandum non immutat, vel ampliatur naturam obligationis, cui accedit; sed ei intra proprios limites robur, ac vinculum adjicit religionis; ut cum pluribus dixi sup. c. 4. n. 5. quibus adde Menoch. d. c. 84. n. 31. Marefcot. variar. lib. 1. c. 61. nu. 4. Hermof. in l. 3. glof. 8. n. 12. tit. 2. part. 5.

Vers. Sextò, illud est considerandum.

11 Quoties liberationem concedens utitur amplissimis verbis, etiam in rem actionem censetur remittere, Gratian. d. c. 131. n. 35. Tusch. n. 59. Menoch. d. præf. 164. n. 15. 16. De quo tamen videas Tusch. n. 47. cum aliis, Surd. d. c. conf. 112. per tot. Abbaticof. 88. col. 2. vers. Circa secundum, lib. 2.

12 Idem juris erit, si quis generaliter eum liberet, quem scit sibi nulla obligatione personali esse strictum, sed reali duntaxat posse conveniri; Tusch. ubi proxime, Paul de Cast. conf. 193. nu. 2. vers. Secunda ratio, lib. 2. quoniam evidens est, remittentem d. actionem in rem sensisse, cum aliam non haberet; argument. *l. 2. ff. de liber. & posth. m. l. pediculis 14. §. Item cum quæretur, ff. de aur. & argent. legat. ubi Gloffa, verb. non videri, quibus probatur, ex hac ratione, ea d. spoliacione comprehendendi, quæ alias minime continerentur.*

Vers. Postremò opportunè quaritur.

De his consulendi sunt Cancr. sup. dist. cap. 7. à nu. 86. Menoch. dist. præf. 164. à princip. Guttier. de tutel. part. 3. cap. 1. ex nu. 32. Escobar. sup. c. 5. nu. 1. cum seqq. Mantie. de conjectur. ultimar. voluntat. lib. 8. tit. 8. nu. 19. cum aliis, Bæza de d. c. m. timor. c. 2. n. 160.

Ad Num. 11.

13 Reddendarum rationum obligatio pro administratione præterita remitti jure potest, Ant. Gom. variar. lib. 3. c. 12. nu. 83. Menoch. sup. nu. 10. Cancr. nu. 87. Mantie. nu. 19. Cyriac. d. tit. controverf. 73. nu. 27. Guttier. nu. 37. vers. Sed nihilominus, Escobar. nu. 18.

Ibi: Hæc verò remissio.

14 Liberatus à reddendis rationibus reliqua debet restituere; etiam pro administratione præterita; Menoch. conf. 22. nu. 2. Ant. Gom. & Escobar. ubi proxime, Cancr. nu. 9. Guttier. nu. 32. Tusch. lit. L. conc. 328. n. 1.

Vers. Hoc ipsum verum est.

15 Is cui, testamento liberatio ab actione tutelæ, aut alterius administrationis relinquatur, reliqua solvere compellitur, Escobar. n. 20. Menoch. d. præf. 164. n. 17. Guttier. n. 33. vers. Est igitur casus, Mantie. & Ant. Gom. ubi proxime. Vide infra, nu. 23.

Ibi: At tamen hæc conclusio non procedit.

16 Si filius patri, qui bona sua administravit, actionem tutelæ suæ, vel curæ remisit; præsumitur reliqua eidem condonare, ob filiorum erga parentes charitatem; Mantie. n. 20. Tusch. d. conc. 328. n. 44. Menoch. n. 18. Guttier. d. n. 33. Bona tamen extantia filii restituere compellitur, ut paulo inferius cum D. Covar. dicetur.

Ibi: Idem se matri, ob eandem affectionis rationem.

Proxima resolutio æquè in matre procedit, Mantie. c. nu. 23. Menoch. nu. 19. Guttier. ubi proxime; sed intelligitur quoad administrationem præteritam; nam reliqua ex futura administratione parentes persolvere compelluntur, quamvis à liberis liberati omnem ab actione tutelæ gerendæ obtinuerint; Menoch. n. 3. Mantie. n. 21. Paul. de Cast. conf. 445. n. 3. in fine, lib. 2. Escobar. n. 5. Quæ omnia nedom in patre, sed etiam in avo propter eandem rationem sunt observanda: quod ita verum esse, ex immediate dicendis constabit.

Decisionem *l. Aurelius 29. §. Titius, et 2. ff. de liberat. legat.* locum habere in patruo tutore, cui à fratre filio remissa est tutelæ actio ob affectionem opinantur Menoch. & Guttier. ubi proxime, qui id ipsum ad socerum extendunt Alciat. de præsumpt. reg. 1. præf. 6. Deci. conf. 178. col. penult. Paris. conf. 87. nu. 23. lib. 1. De quo maxime potest dubitari, cum non per affectionis ratio in hujusmodi personis reperitur; & simus in materia remissionis juris proprii, quæ sit eadem recipit interpretationem, ut nuper dicebamus; atque ita contra tenet Mantie. dist. tit. 8. nu. 24. 25.

Ibi: Sic & reliquorum remissio.

Hujus Bartoli distinctionis meminere Guttier. 19 nu. 36. Tusch. nu. 61. Mantie. nu. 28. Menoch. nu. 21. Escobar. nu. 20. 21. Qui omnes, uno excepto Tusch. qui solum refert, reprobant eam; sentientes non videri remissa administratori, sive testatori eum liberet à tutelæ actione, sive jubeat, ut hæres remittat.

Ibi: His accedit quarta ratio.

Debitor, cui legata est liberatio, hæredem agentem exceptione potest excludere, & præterea ipse agere, ut acceptatione liberetur, *l. non solum 8. §. l. ff. de liberat. legat. §. Si quis debitoris, Inst. de legat. Bart. in l. 4. §. Nunc de effectu, ff. de liberat. legat. Anton. Gom. in d. c. 12. nu. 82. vers. Item adde, cum seq. P. char. in d. c. 12. nu. 82. vers. Item adde, cum seq. Pichard. in d. §. Si quis debitoris, n. 3. Unde & ad traditionem instrumenti, aut chirographi confecti pro debito ad favorem testatoris hæres compellitur.*

Ibi: Quamobrem etiam si differentia Bartoli.

Sed cum ad liquidationem eorum, quæ administrator debet, necessario dati, & accepti comoutario requiratur, ex eo quod à reliquis non censetur liberatus, non omnino à reddendis rationibus excusabitur. Igitur per liberationem à redditione rationum etiam pro præterita administratione duntaxat tutor, vel alius similis consequetur, ne scrupulosa indagatio fiat, & ne negligentia nomine teneatur, *l. qui plures 42. ff. de administrat. tutor. l. si servus veritus 122. ff. de leg. 1. Guttier. sup. n. 32. Escobar. nu. 19. Cras. de successib. §. Legatum, q. 40. n. 7.*

Ibi: Quod si liberatio de actione tutelæ legata sit.

De hac Alberici sententia statim agendum est, ubi veram esse probavimus.

Ibi: